UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni. Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia colit ac veneratur.||

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Decreta Felicis papę.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72934

Visual Library

corpore verberent̃,ſed exilio ꝑpetuo caſtigent̃,vt oēs timore dei cõpreſſi,& cõminata eis di-
gna ſupplicia reuerētes ĩmobilē,& ſine turbatõe pacē ſanctaꝝ dei eccleſiaꝝ cuſtodiant,Data
octaua Calendarum Iunij,Aſclepio, & Deodato,IIII.CC.conſu. Gratia Ieſu Chriſto dño
noſtro,pax vobis.Amen, deo gratias.

Incipiunt decreta Felicis pape.

¶Epiſtola Aegyptioꝝ pontificū ad eundē de infeſtationibus Arrianoꝝ.

DOmino beatiſſimo & honorabili ſancto patri Felici ſanctæ ſedis apoſtolicæ vr A
bis Romæ papæ,Athanaſius,& vniuerſi Aegyptioꝝ Thebaidoꝝ & Libiorū
epi in ſctā Alexandrina ſynodo,gr̃a dei cõgregati.Veſtro ſctõ ſuggerim⁹ apo
ſtolatui,vt noſtri more ſolito ſolicitudinē gerere dignemini,iuxta veſtrā pru
dentiſſimā ſapiētiā quæ oĩbus luce clarius manifeſta eſt,qa apoſtolicis vr̃a bea
titudo viſceribus cõmota ꝑ tribulationē noſtrā nos oēs hortata eſt ad tuitionem catholicæ &
apoſtolicæ eccleſiæ in vnū conuenire,& de nr̃a canonicè oppreſſiõe,& vnanimiter tractare
dū cõſtat nos vnà cū beato Paulo apl̃o eadē cõpaſſibiliter dicere,qs infirmat̃,& ego nõ infir-
mor?Quis ſcãdalizat̃,& ego nõ vror?ſatagētes ne aliqua de eis q̃ nobis creditę ſunt rõnabili-
bus ouibus à beſtijs capiat̃.Ideo pr̃ beatiſſime,qa ſemp anteceſſores nr̃i,& nos à veſtra apoſto
lica ſctā ſede auxiliū hauſimus,& nr̃i vos curā habere agnouimus,p̄fatā apoſtolicā, & ſummā
expetimus,iuxta canonū decreta,ſedē,vt inde auxiliū capiamus,vnde p̄deceſſores nr̃i ordina
tiones,& dogmata atq; ſubleuotões ceperūt,ad eā q̊q; quaſi ad matrē recurrimus,vt eius vbe
ribus nutriamur,qm̃ nõ p̄t mr̃ obliuiſci infantē ſuū,ſic & vos nolite obliuiſci nos vob̃ cõmiſſos
qm̃ nõ leuibus nos inimici noſtri implicauerūt,& q̊tidie facere moliunt̃ afflictionibus & ap-
prehēdere, aut ferro nos cõſtringi minant̃,niſi eoꝝ conſentiamus erroribus,ꝙ nequaq̃ vobis
incõſultis agere p̄ſumimus,canonibus qppe iubētibus abſq; Romano nos de maioribus cau-
ſis nihil debere decernere põtifice,ideoq; ad ꝓpoſitū recurrētes & ad brauiū ꝓperātes,veſtræ
apoſtolicæ ſedis imploramus auxiliū,qa vt credimus,nõ deſpexit deus p̄ces cū lachrymis ſibi
oblatas ſeruoꝝ ſuoꝝ,ſed ob id vos p̄deceſſoresq; vr̃os apoſtolicos videlicet p̄ſules in ſummita
tis arce cõſtituit,oĩmq; eccleſiaꝝ eis curā habere p̄cepit,vt nobis ſuccurratis,noſq; tuētes,cui
omne epoꝝ iudiciū eſt cõmiſſum,liberare ab hoſtibus nr̃is nõ negligatis,nā ſcimus in Nicęna
magna ſynodo trecētoꝝ.XVIII.epoꝝ ab oĩbus cõcorditer eē roboratū,nõ debere abſq; Ro
mani põtificis ſnĩa cõcilia celebrare,nec epos dãnare, licet hæc & alia q̃plura neceſſaria ab hæ
reticis,q nos q̊tidie infeſtāt & ꝑdere nitunt̃,vt facilius nos capere poſſint,ſint ſynodica capitu
la incēſa nobiſq; ſublata.Qua de re hac inuēta occaſiõe indifferēter omni canonica & apl̃ica
poſtpoſita autoritate nos vi à ꝓprijs vobis incõſultis illicite expellūt ſedibus, oueſq; nobis à
Chr̃o dño apoſtolica cõmiſſas gr̃a inuadūt,gradibus priuāt,& q̊d peſſimū eſt & oĩbus chri-
ſtianis legibus inimicū ꝑficere decertāt.Vos ergo,vt ſemp veſtræ ſedi ſanctę cõſuetudo fuit,
periclitātibus ſubuenite,opp̄ſſos roborate,tribulātibus manū porrigite,taliaq; ꝓhibete, & le
ges imponite,vt apl̃ica doctrina q̃ in deo eſt,cito ad victoriā iudiciū ꝑducere valeat noſtrum
noſq; apl̃oꝝ principe ſuffragāte Petro ab ĩminētibus periculis liberare. Nouimus nãq; in iā
p̄fata Nicæna ſynodo gñaliter eē decretū,vt nullus paſſim vageq; epos aut p̄ſumptiue lacera-
re,aut accuſare,& q nõ ſunt rectæ fidei vel bonæ vitæ vel clarę cõuerſatiõis aut infamare p̄ſu-
mat,ſed prius ſi erga epos vel autores eccleſiæ quiſq̃ cauſam habuerit, eos cū charitate man-
ſuete cõueniat,vt ab eis vulnus vnde agit̃ recte ſanet̃,aut ipſe ſi ſecus egerit accuſator excõicet̃
Qd̄ ſi ab eis nihil valuerit recte ꝑcipere,tūc primo ſummos adeat primates,& ipſi tp̄e cõgruo
canonice eos cõuocare debebūt,q ſi aut ſuis rebus expoliati,aut à ꝓprijs ſedibus eiecti,aut ex-
ulātes,vel opp̄ſſi,aut inique tractati fuerint,primo eruant̃,& canonice reſtituant̃,atq; oĩa ſibi
ſublata,integerrime eis legibus reddant̃,qm̃ priuſq̃ hæc fiant,vt in p̄dicto cõſtitutū eſt conci
lio,nec canonice cõuocari,nec diſtringi à quoq̃ poſſunt,qm̃ nec ſeculi leges hæc fieri ꝑmittūt
q̃to magis eccleſiaſticę?Sil̃r & à ſupradictis patribus eſt definitū cõſonāter,vt ſi quiſq̃ eporū,
aut metropolitanum,aut cõprouinciales,vel iudices ſuſpectos habuerit,veſtrā ſanctā Roma-
nā interpellet ſedē,cui ab ipſo dño ptãs ligādi ac ſoluēdi ſpeciali eſt priuilegio ſup alios con-
ceſſa.Ipſa em̃ firmamētū à deo fixū & ĩmobile p̄cepit,qm̃ ipſam formā vniuerſoꝝ titulorum
lucidiſſimā dñs Ieſus Chr̃s veſtrā apoſtolicā cõſtituit ſedē,ipſa eſt em̃ ſacer vertex in q̊ oēs
vertunt̃,ſuſtentant̃,releuātur,& ſicut in Chriſto chriſtiani,& in petra.i.Chriſto, Petrus,re-
nouant̃ eccleſiæ.Tu es(ſicut diuinū veraciter teſtat̃ eloquiū)Petrus,& ſup fundamētū tuū ec-
cleſiæ colūnæ.i.epi qui eccleſiā ſuſtinere,& proprijs humeris portare debēt,tibi ſunt confir-
matæ,tibiq; claues regni cœloꝝ cõmiſit,atq; ligare & ſoluere,poteſtatiue q̃ in terra,& q̃ in
cœlis ſunt promulgauit.Tn prophanaꝝ hæreſiū,& impetitoꝝ atq; omniū infeſtantiū depo-

 ſitor,

ſitor,vt princeps & doctor,caputq̀ꝫ oı̄m orthodoxæ doctrinæ immaculatæ fidei exiſtis.Igiť ne deſpicias pr̄ tuoꝝ patrū pietatē,bonāq̀ꝫ intētionē,& ſicut illi pr̄es & prædeceſſores nr̄os à multis liberauerūt opꝑſſiōibus & anguſtijs,ita nos liberare digneris.Nā fuit ſemꝑ vr̄æ ſanctę & aplicę ſedi licētia iniuſte dānatos,vel excōicatos poteſtatiue ſua autoritate reſtituere,& ſua eis oı̄a reddere,& illos q̄ eos cōdēnauerūt,aut excōicauerunt,apoſtolico punire priuilegio,ſicut etiā nr̄is,& anterioribus cognouimus actū temporibus.Porrò & ipſi primates q̄ epoꝝ & ſummoꝝ eccleſiaſticoꝝ negotioꝝ cauſas ſuſcipere debent in ꝓfixa Nicęna ſynodo ſunt dinumerati,ne in poſteꝝ cōtentio ex hoc oriretur.O ſanctiſſime pr̄ patrū abſcinde blaſphemias,& iactantiā vaniloquoꝝ,& inſidiantiū infeſtatiōes,nos & fr̄es nr̄os opprimentiū atqꝫ ꝑdere volentiū,q̄ ad vos quaſi ad caput cōfugimus,vt veſtro ſuffulti auxilio liberemur,& vobis,nobiſq̀ꝫ cōmiſſas Chriſti oues à lupoꝝ ore dn̄o adminiculante anteq̄ deglutianť,eripiamus.Nec eñ phas eſt ſupplicū apoſtolicæ ſedis ſcripto,aut ſine ſcripto preces oblatas deſpicere,ſed vt cōdecet & priuilegiū vr̄æ ſedis eſt & nos & illi canonicaliter conuocemur,& ante vos de nr̄is obiectionibus canonice cū omni probitate cōcertemus,ſicut ꝓdeceſſores nr̄i penes vr̄os fecerūt anteceſſores,& ſicut canonica in ꝓdicta ſctā ſynodo docēt inſtituta,& veluti paleati verbi per ventilabrū canonicæ examinatōis plenā purgationē in cōi cōſiſtētes auditorio de maturis,& nutriētibus catholicæ eccleſię dogmatibus q̄ cōfirmāt cor hoı̄s,participationē paternaꝝ cōſeq̄mur inſtitutionū. Antiqs eñ regulis cēſitū ē,vt quicq̄d,q̄uis in remotis,aut lōginquis poſitis prouincijs ſuꝑ epoꝝ q̄relis,aut accuſatiōibus agereť,nō prius tractādū vel accipiēdū eſſet,q̄ ad notitiā almę ſedis veſtræ fuiſſet ꝑnūtiatio ꝑlata,q̄ infirmaret,aut firmaret,ideq̀ꝫ ſumerēt normā,vnde eccleſiæ ſumpſere ꝑdicatōis exordiū,ne paſſim ab inſidiatoribus colūnę euerterētur eccleſiæ.Certū eſt eñ eidē ſanctæ ſedi veſtræ in honorē beatiſſimi Petri patrum decreta peculiarē decreuiſſe reuerētiā dei pro rebus inq̄rēdis atqꝫ determinādis q̄s ſolicite decet,iuſteq̀ꝫ ab ipſo ꝓſulū examinare vertice aplico, cuius ſolicitudo ſemꝑ fuit & eſt tam mala dānare,q̄ probare laudāda. Quocirca hūilimū vr̄o aplico culmini ꝑſoluētes obſequiū,vt ipſe dn̄s ꝓcepit,& ſctōꝝ decreta patrū ſtatuerūt,cū lachrymis ſuggerimus,q̄d ſine gemitu cordis reticere nō valemus.Nā in tm̄ à ꝑſecutoribus ſanctæ dei eccleſiæ,nr̄iſq̀ꝫ inimicis ꝑſeq̄mur,vt magis nos tædeat viuere q̄ mori.Vnde ꝓ oı̄bus fatemur in tm̄ cor eē noſtꝝ vulneratū,vt ꝓpheticū illū planctū exoptemus,dicētes:Quis dabit capiti nr̄o aquā,aut oculis nr̄is fontē lachrymaꝝ,vt ſedētes ploremus die ac nocte?Ecce eñ eccleſia dei nō leuiter ꝑturbať,colūnęq̀ꝫ eius nimis infeſtanť,atqꝫ à prauis amoueri hoı̄bus nitunť,chriſtianoꝝ vero voces ac gemitus epoꝝ lōge lateq̀ꝫ reſonāt,nouitates ı̄ſurgūt,calūniæ creſcūt,ꝑſecutio graſſať,ꝑditio fit ꝑploꝝ veſtꝝ ē eñ nob̄ manū porrigere,q̄a vob̄ cōmiſſi ſumꝰ,veſtꝝ ē nos defēdere atqꝫ liberare,noſtrūq̀ꝫ eſt à vobis auxiliū expetere,vr̄is parere iuſſiōibꝰ Pręnimio ergo dolore& gemitu oı̄a q̄ nobis inſtāt,& nos infeſtāt,neceſſario recordari,vobiſq̀ꝫ ſignificare neq̄mꝰ.Ideo almū veſtꝝ exoramꝰ aplatū,vt ſuꝑius legē q̄ in memorata Nicęna ſyñ.ē ꝓmulgata,licet ꝓdictoꝝ inſidiatoꝝ & alioꝝ maloꝝ hoı̄m,vt faciliꝰ epos,deiq̀ꝫ miniſtros valeāt illaq̄are deprauatōe,ſit ſuffocata reparetis,& q̄ neceſſaria fore cognoſcitis vr̄æ ſanctę ſedis autoritate nos cūctoſq̀ꝫ fr̄es informetis,vt maloꝝ inſidias hoı̄m vr̄a fulti autoritate illæſi dn̄o opitulāte euadere valeamus,q̄a nō eſt inſidias lupoꝝ ꝓuidere ouiū,ſed paſtoꝝ.Scimus eñ vt ſemꝑ veſtræ ſedis ꝓſules primo apli,deinde ſucceſſores eoꝝ fecerūt vos vniuerſalis eccleſiæ,& maxie epoꝝ q̄ oculi propter cōtēplationē & ſpeculationē vocanť dn̄i curā gerere,ac de reuelatiōe,& lege nr̄a aſſidue cogitare debere,ſicut ſcriptum eſt,Beatus vir q̄ meditať in lege dn̄i die ac nocte,q̄ meditatio non lectione ꝑ figurā literaꝝ tantū cōſpecta,ſed exuberante in vobis Chriſti gratia in veſtra cognoſcitur cōſcientia ı̄mobiliter inſita & nullatenus de veſtro corde recedēte lege Chriſti dei dn̄i ſacroſancta,ſicut in pſalmo dicit propheta,Os iuſti meditabiť ſapiētiā,& lingua eius loqueť iudiciū,lex dei eius in corde ipſius,nō atramēto,ſed ſpū dei viui vr̄a in archana mēte cōſcripta neqꝫ in tabulis lapideis,ſed in tabulis cordis carnalibus,ſicut beatiſſimi apli Pauli ad Corithios miſſa nos docet epl'a.Quibꝰ ꝓmiſſis ſignificamꝰ deo placitę paternitati veſtrę,die.VII Calēdaꝝ Auguſtaꝝ indictiōis quartæ noſtrā humilitatē diuina gratia ſuo vt ꝓcepit munere ꝓueniēte veſtris ſctı̄s ac deo dignis ꝓcibus in ſctā Romana eccleſia pōtificalis honoris accepiſſe cōſecrationē & ſtolā,in q̄ dignitatis faſtigio,vt à deo oı̄potēte regamur altiſſimo & à malis oı̄bus liberemur,vt nō ſacerdotale nomē tantū,ſed Chriſti dn̄i dei noſtri protegēte auxilio,& meritū habeamus,veſtris ſctı̄s ac deo acceptabilibus nos cōmēdātes oratiōibus poſcimus,q̄tinus & veſtris deꝓcatiōibus pro nobis ad deū effuſis muniti,& eruditiōibus bonis inſtructi digni efficiamur cū omni nobis populo chriſtiano cōmiſſo illæſi protegi velamēto diuino. Ad ſalutationē ergo veſtrę ſanctę & honorādæ parernitatis vice noſtra bn̄dictū humilē noſtrū fratrē,veſtrū epiſcopum,& Alexādrū presbyteꝝ,Criſpinum quoqꝫ diaconem veſtros

famulos

famulos deſtinauim⁹,q̊s poſtulam⁹ celerius nobis à vr̃a btĩtudine ꝑſolui, vt vr̃is cohorta-
tõib⁹ roborati & vr̃is regulis ĩformati ĩimicis videlicet cõpſſis ad ꝓprias prudẽter cõſolati
valeamus eccl̃ias añ hyemẽ deo ꝓpitio remeare. Vr̃m ẽ q̃ppe pr̃ ſc̃tiſſime canonica diſtri-
ctiõe ſolicite eccl̃iaſticę regulę aduerſantib⁹ & fr̃m ĩſidiatorib⁹ obuiare, nec ꝑmittere noui-
ter dici q̃d patꝶ venerabiliũ autoritas oĩno nõ cẽſuit. Nos eĩ hũiles corde q̃ recta ſunt adiu
uãte dño ſapiẽtes vno vĩculo charitatis vobiſcũ ſum⁹ cõſtricti, verã fidẽ ac religionẽ catho
licã ĩ oĩb⁹ fortiter defenſantes. Studioſi⁹ itaq; à catholicis ĩprobis ꝓbe reſiſtere ĩnitẽdũ ẽ, ne
torpẽtes deſidia oppreſſi culpę taciturnitatis teneamur obnoxij, & q̃ſi fauorẽ ĩpẽdẽtes iu di
cemur, dũ aduerſa catholicę fidei ꝓpulſare negligim⁹, vñ dictũ ẽ. Negligere q̃ppe dũ poſ-
ſis cõturbare ꝑuerſos nihil aliud ẽ q̃ fouere, nec caret ſcrupulo ſocietatis occulte qui manife
ſto facinori deſinit obuiare, liq̃t doctor ſc̃tiſſime venenoſa ſerpẽtiũ ſine ſimplicitate aſtutia
dũ manifeſta ẽ doſoſa inimicoꝶ fallacia. Succurrite q̃ſum⁹ oppreſſis, liberate nos de manu
ꝑſeq̃ntiũ vt btõ Iob cãtetis, bñdictio ꝑituri ſup me veniebat, & cor viduę cõſolat⁹ ſũ, iuſtitia
indut⁹ ſu; & veſtiui me ſicut veſtimento & diadematę iudicio meo, oculus fui cęco & pes
claudo, pr̃ erã pauperũ, & cãm quã neſciebã diligẽtiſſime ĩueſtigabã. Cõterebã malas ĩiq̃ &
de dẽtib⁹ eaꝶ auferebã p̃dã, & reliq̃. Nos eĩ q̊s tua maxĩa expectat cura. i. oẽs ep̃i p̃cipue tuũ
mereri debem⁹, iudiciũ & nõ ab alijs deuorari. Merito ergo nos dñi cã reſpicit ſacerdotes,
ſi ſilẽtio faueam⁹ errori. Siquidẽ corripiant hmõi nec ſit libeꝶ eis ꝓ volũtate facere iudiciũ,
deſinat nouitas inceſſere vetuſtatẽ, deſinat eccl̃iaꝶ quietẽ inquietudo turbare, nã vt om̃es
metropolitani vl̃ reliqui ep̃i ſua odia, aut vindictas in reliq̃s ep̃os exercere nõ valeant, ideo
noĩatim ĩ Nicęna ſynodo exp̃ſſi ſunt primates, q̃ reliq̃s ep̃os audire & iudicare debeãt, ne vl
la fraus in iudicio ep̃oꝶ poſſit irruere. Vos ergo q̃ in ſummo ſpeculo gr̃a dei eſtis poſiti at-
tẽdere eos & opprimere optet. q̃ in frẽs ſeditões, & ſcãdala excitãt, ideoq; exoram⁹, vt mi-
nime deſpiciatis humilitatis nr̃ę & oĩm oriẽtaliũ orthodoxoꝶ ſacerdotũ & populoꝶ affli
ctões & dep̃catões cũ lachrymis oblatas, ſ; ſicut lũinaria vniuerſo mũdo verbũ vitę retinẽ-
tes introductas extinguite tñbras nefandiſſimoꝶ inſidiatorũ, tp̃ibus etiã noſtris ꝓcaciter
germinatas, q̃tenus fundit⁹ extincta hmõi caligine Lucifer nobis reſplẽdeat ꝑ vos ſanctiſ-
ſime pr̃ & dogmata definitio oẽs letificãs, q̃ glorioſi eccleſiæ ſancti pr̃es ꝑ propria pijſſime
dogmata in æternæ vitæ firmã hæreditatẽ p̃dicaſſe noſcunt, & ſubſcriptio, Incolumẽ te &
bñplacitũ deo ſanctiſſime pr̃ patꝶ orantẽ pro nobis dñs cuſtodiat in æuũ. Amen.

¶Reſcriptũ Felicis papæ ad eoſdẽ.

Reuerendiſſimis atq; dilectiſſimis fratribus Athanaſio & vniuerſis Aegyptiorum, A
Thebaidoꝶ, Libioꝶ ep̃is in ſancta Alexandrina ſynodo cõgregatis, Felix almæ
Ro. vrbis & vniuerſalis eccl̃iæ ep̃s & ſc̃tã ſynod⁹ q̃ in vrbẽ Romã cõuenit ĩ dño ſa
lutẽ. Sacrã veſtrã ſynodicã epiſtolã ꝑ gratã ſancti ſpũs & deo placitũ ſtudiũ con-
ſcriptã vr̃æ à deo honorãdæ ſanctitatis gratia libenter ſuſcepimus, atq; inſtãter in ſynodo
recitare ꝑ ſingula iuſſimus & oẽs intẽte eius colligere verba iuſſimus, ſup q̃ dũ letari ſpera-
bamus & cupiebamus, verſa eſt in luctum cythara nr̃a, & cantatio in ꝓplationem, & omne
totius ſynodi gaudiũ in merorẽ trãslatũ eſt, q̃a nõ decuerat, vt hi q̃ corp⁹ Chr̃i cotidie ꝓ-
prio cõficiũt ore, tatã paterẽtur ꝑſecutionẽ, q̃m deus nr̃ ſalutẽ ꝓuidẽs gñis hũani mãdauit
ꝑſecutões nõ fieri, neq; fluctuatões inferri, nec ĩuideri laborãtibus ĩ agro dñico, neq; diſpẽ-
ſatores magni regis vexari aut expelli. Quieſcite inq̃t ſc̃tã magna Nicæna ſynod⁹, & noli-
te ꝑſequi eos q̃ deo ꝑfectę miniſtrãt & ſyncera volũtate dei ſupni mãdata cuſtodiũt, & no
ſtris legib⁹ ſubiugant, q̃a nec decet, nec ordo patit vt iniqui & carnales ſpũales ꝑſequãtur,
oĩs em̃ qui reſiſtit alicui nũc vertẽdo, nũc celãdo veritatẽ, mẽtit aduerſus eũ contra quẽ liti-
gat, & q̃ infeſtus eſt alicui oĩa ſicut hoſtis agit, & inſup loqui cõtẽdit. Vos eĩ monemus fr̃es
in ſpeculis eẽ debere, vt inquãtũ poteſtis & dñs auxiliũ dederit talib⁹ nr̃a ap̃lica vr̃a q; auto-
ritate reſiſtatis, nec quiſquã vr̃m à fr̃is auxilio ſe ſubtrahat, ſed ꝓ viribus p̃ſtet adminiculũ.
¶Q̃m licet pauci ſitis ſi vnanimes fueritis, nullatenus iuſtitia ſuffragãte, dño q̊q; opẽ ferẽte B
ſuperabimini, quia funicul⁹ triplex difficile rumpit. Nã ſi officijs ſecularib⁹ hũana lex ſub-
uenit, quãtomagis eccl̃iaſticis & dñi ſacerdotib⁹ maximęq; diuina atq; catholica lex ſuffra
gari debeat? Ait em̃ diuinũ de ep̃is eloq̃ũ, q̃ vos tãgit, tãgit pupillã oculi mei. Et ſi ſeculares
hũana multipliciter explorant hoĩes lege & req̃ſitões atq; inducię eis multoꝶ mẽſiũ cõce-
dunt ne iniuſte dãnent, quãtomagis ep̃is qui ꝓximiores ſunt deo, & ſup hos cõſtituti poſi-
tiq; in cęleſti mılitia q̃ impẽſius ponderãda eſt, tp̃a ſunt cõcedẽda multo ampliora, ne à q̃-
buſdã grauent aut opprimant, vl̃ ſubito dãnent? Incipiam⁹ ergo adiuuãte deo & ſc̃tõ Petro
ap̃lo ꝑ quẽ apoſtolat⁹ & ep̃atus in Chr̃o cepit exordiũ, q̃m plures ſępe emerſerũt cauſæ q̃
in quibuſdã nõ erãt cauſæ, ſed crimina, quia magis vt cõperim⁹ iniquitate quàm charitate

frãtribus ſunt ĩpoſitæ. Et vt de cætero ſolicitudo ſit, ne talia deueniãt, capitula q̃dã à ſctĩs pa-
tribus, tã in Nicæna ſynodo q̃ & in hac ſede cõſtituta ponamus, q̃bus frẽs & coepĩ nr̃i fulti, in
ſidias inimicoꝝ auxiliãte dño valeãt euadere, & ꝓut dñs poſſe dederit, paucioribus tãtorum
maloꝝ verbis imitemur cõpẽdiũ, & ſtrictim q̃ in volumine lr̃aꝝ vr̃aꝝ cõperimus, retracte-
mus, & alia nõnulla inſtãtis tp̃is neceſſaria, ꝓut petitis, ponamus. Eſt nãq; ſynodicis decretũ
inſtitutis, vt nemo ep̃m penes ſeculares arbitros accuſet, ſed apud ſummos primates. ¶ Si qs
aduerſus ep̃m cãm habuerit, nõ prius alios ep̃os adeat vt eũ accuſet, quã familiariter ei ſuã in-
dicet q̃relã, & ab eo aut iuſtã emẽdationẽ aut rõnabilẽ ꝑcipiat excuſationẽ, & ipſa nos ĩſtruẽ-
te veritate. Si peccauerit ĩ te frater tuus, vade & corripe eũ ĩter te & ip̃m ſolũ, ſi te nõ audierit,
adhibe duos vel tres tecũ, & ſi nõ vos audierit, dic eccl'æ. i. accuſa eũ publice & nõ pri⁹, & reliq̃
C ¶ Si qs ep̃m poſt hęc elegerit accuſare, ſummis primatibus ep̃oꝝ ſuã indicet cauſam, & nõ ſe-
cularibus q magis ad pacẽ, q̃ ad iudiciũ eos reuocẽt, vt charitas in oĩbus & ab oĩbus cuſtodiat̃,
ſi primates accuſatores ep̃oꝝ cũ eis pacificare familiariter minime potuerint, tunc tp̃e legiti-
mo eos ad ſynodũ canonice cõuocatã nõ infra anguſta tp̃a canonice cõuocẽt, & nõ prius q̃ eis
ꝑ ſcripta ſignificẽt, q̃d eis opponit̃ vt ad reſpõſionẽ p̃parati adueniant. Nã ſi aut vi aut timore
eiecti, aut ſuis rebus expoliati fuerint, nec canonice euocari ad ſynodum poſſunt, nec r̃ndere
D æmulis debẽt anteq̃ canonice reſtituant̃, & ſua eis oĩa legal'r reddant̃. ¶ Si qs ep̃oꝝ fuerit ſuis
reb⁹ expoliatus, aut à ſua eccleſia vi aut timore expulſus, ꝗ oĩ chr̃iano nomini ẽ inimicũ, opor
tet & decet ep̃oꝝ ꝓpoſitũ ſemꝑ prima fronte cedere, vt oĩa q̃ ablata ſunt, ꝑtãti eius legaliter
reddant̃, & p̃ſul prius reſtituat̃, & poſtea nõ ſtatim, ſed diu, & ꝑ ſpacioſa tp̃a ſuis poteſtatiue
diſpoſitis, & ad ſuã neceſſitatẽ p̃paratis, ad tẽpus veniat ad cauſam, & ſi iuſte viſum fuerit, ac-
cuſatoribus r̃ndeat ſuis. Nulli infami atq; ſacrilego de q̊cũq; liceat negotio aduerſus religio-
ſum chr̃ianũ q̃uis humilis ſeruiliſq; ꝑſona ſit, teſtimoniũ dicere, nec de q̃libet re, inſcriptõe, a-
E ctiõe aut chr̃ianũ ĩpetere ¶ Si ep̃s legitime accuſatus, & ſupradicto ordine ad cõciliũ canonice
cõuocatus fuerit, abſq; vlla trepidatõe ire debebit, & ſi ire nõ potuerit, ꝑ ſe legatũ ad ſynodũ
F mittat. ¶ Nullæ cauſę à iudicibus eccleſiaſticis audiãtur q̃ legibus nõ cõtinẽtur, vel q̃ ꝓhibitæ
eẽ noſcũtur, ſi qs aliter nõ adq̃euerit, niſi vt ep̃m accuſet ſupra taxato hoc tenore agere debe-
bit, q̃a aliter rata nõ p̃t accuſatio exiſtere, tũc primo accuſati cãm accuſator apud primates ca
nonice deferat, nec à coĩone ꝓhibeat̃ accuſatus, niſi ad electoꝝ iudiciũ canonice cõuocatus ĩ-
fra tres aut ſex vel plures mẽſes, pro ſuis rõnẽ redditurus venire diſtulerit, ꝗ ſi ꝓbare potuerit
q̊d nõ noluerit, ſed nõ potuerit venire, nihil ei nocebit. Ille vero q vi aut timore à ſede pulſus,
aut ſuis rebus expoliatus fuerit, niſi prius vocet̃ ad ſynodũ q̃ ei oĩa legibus redintegrẽtur, &
tã diu ĩ ſede ꝓpria pacifice & ꝑtãtiue cũcta diſponẽs reſideat, q̃diu expulſus vel expoliatus ca
rere viſus ẽ rebus. Cũ aũt ad iudiciũ venerit, ſi voluerit & neceſſe fuerit, ĩdutię ei & petẽti à pa
tribus cõſtitutę abſq; ĩpedimẽto cõcedãtur, & iudices à ſe electi tribuãtur, vt ĩ loco vñ eſt ille
q accuſat̃, aut ſi alibi alicuius temerarię multitudĩs vim metuerit, locũ ſibi cõgruũ eligat, q̃ abſ-
q; timore ſuos, ſi neceſſitas expoſcerit, teſtes hr̃e & abſq; ĩpedimẽto ſuã canonice ſñiam finire
G valeat. q̃a multa ꝑ ſubreptionẽ venire ſolẽt. ¶ Vt teſtificãdi vel accuſandi licẽtia denegetur q
chr̃ianę religiõis & noĩs dignitatẽ, & ſuę legis, vel ſui ꝓpoſiti normã, aut regulariter ꝓhibita
neglexerint. Multũ derogatio p̃ualet q̃n derogator credit̃, ideo varijs detrectatõibus atq; ac-
cuſatiõibus nõ decet labefactari primatẽ, ſed magis patrũ regulis roborari, nec facile aut ĩdiffe
rẽter ſuſcipe accuſatões p̃ſumat, dicẽte dño, nõ ſuſcipias vocẽ mẽdacij, ſed prius ꝓbare debet
ſuſpitionẽ & cãm aut q̊ aĩo hoc faciat, & poſtmodũ ſuſcipe, q̃a veritatis ꝓfeſſionẽ ꝓpĩq̃tatis
inimicitię timoris, amoris, odij & cupiditatis intẽtio ĩpedire & aduerſa fr̃ibus irrogare ſolet.
H ¶ Perſonę accuſãtiũ tales eẽ debẽt q̃ꝝ fides & cõuerſatio & vita ꝓbabil' & abſq; rep̃hẽſiõe ſit, &
q̃ oĩ careãt ſuſpitõe, q̃a & hoc te p̃nte, vt bñ noſti, ĩ Nicęna ſynodo ꝓpter maloꝝ hoĩm ĩfeſta
tionẽ ab oĩbus definitũ ẽ, licet prauoꝝ hoĩm ĩſidijs ſint hęc alia q̃plura deleta. Primates illi &
nõ alij ſint q̃ ĩ Nicęna ſynodo ſunt cõſtituti. Reliq vero q metropolis tenẽt ſedes, archiep̃i vo
cant̃, & nõ primates, ſalua ĩ oĩb⁹ ap̃licę ſedis dignitate q̃ ei ab ip̃o dño ẽ cõceſſa, & poſtea à ſctĩs
I p̃rib⁹ roborata ¶ Prĩo ſp ĩ oĩ ep̃oꝝ accuſatõe vita, ꝑſona & cõuerſatio accuſantiũ enucleatĩ in-
q̃rat̃, & poſtmodũ ea q̃ obijciũt̃ fidel'r ꝑtractẽt̃, q̃m nihil aliter fieri debet, niſi ĩpetitoꝝ prius
req̃rat̃ fides, ꝑſonę vita & actus diſcutiãtur, q̃a nõ debet prauoꝝ aut ĩſidiãtiũ hoĩm ꝑnitie vita
lacerari ĩnocẽtiũ. Sane ſępiſſime boni à malis diſꝑgũtur q nõ ceſſant ſuis calamitatib⁹ alijs de-
rogare. Ideo ſummope ꝓuidẽdũ eſt, ne hęc fiãt. Nullus ſeruus, nullus lib̃tus, nullus ĩfidus, nul
lus criminib⁹ irretitus, nullus calũniator, nullus q inimicitijs ſtudet, nullus q freq̃nter litigat,
& ad accuſandũ vel detrahẽdũ ẽ facilis, nulla infamis ꝑſona, vel oẽs q̊s ad accuſanda crimina
publica leges publicę nõ admittũt, ꝑmittãtur ep̃os accuſare, q̃m accuſatores & accuſatiões q̃s
leges ſeculi nõ recipiũt, qua rõne ſacerdotalis eas recipere debet ordo, inuenire neq̊o, cũ hæc

& in

& in Nicæna ſynodo ꝓhibita ſint, & illi magis ab iſtis, nõ iſti ab illis iudicari debeãt & apo
ſtolus dicat, ſpũalis iudicat oĩa, ipẽ vero à nemine iudicat. ¶Hæretici à quib⁹ nimiũ oppri-
mimur excõicatiq; homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, venefici adulteri, & qui A
raptũ fecerĩt vl̃ falſuȝ teſtimoniũ dixerĩt, ſeu qui ad ſortilegos magoſq; cõcurrerĩt, nullate
nus ad accuſationẽ vel ad teſtimoniũ, erũt admittendi, nec ita ĩ eccl̃iaſticis agendũ ẽ ne-
gocijs ſicut ĩ ſecl̃arib⁹. Nã ĩ ſecularib⁹ poſtq̃ legib⁹ vocat⁹ venerit, & in foro decertare cœ
perit aliquis nõ lȝ añ pactã cãm recedere, in eccl̃iaſticis vero dicta cã recedere lȝ ſi neceſſe fu
erit aut ſi p̃grauari viderit. ¶Quotiẽs ep̃s ſup certis accuſat̃ criminib⁹ ſi tales fuerĩt accuſa- B
tores qui iuſtę & canonicę recipi debeãt legitima ĩ ſynodo ſuo ĩ tp̃e cõgregata ab oĩbus ca-
nonicę audiat̃ qui ſunt in ꝓuĩcijs ep̃is, q̊d ſi legitimi nõ fuerĩt accuſatores nõ fatiget̃ ep̃s, qa
ſacerdotes ad ſacrificãdũ vacare debẽt nõ ad litigãdũ, nec illi qui throni dei vocãt prauoꝝ
hoĩm ĩſidijs turbari debẽt, ſed libere Chr̃o dño famulari, quãq̃ cõprouĩcialib⁹ ep̃is vna cũ
eoꝝ metropo. ſuę ꝓuĩciæ cãs epoꝝ liceat cõcorditer agitare, nõ tñ ſicut in p̃dicta te pñte
cõſtitutũ ẽ ſynodo lȝ definire abſq; Romani põt. autoritate, q̊d ſi ſecus à quibuſdã p̃ſumptũ
fuerit, ip̃i qui hoc egerint ſuæ p̃ſumptõis ſuſcipiãt dãnũ & illi qui ab eis ꝑperã excõicati aut
dãnati fuerint, autoritate huius ſctẽ ſedis & btĩ p̃ceptoris nr̃i clauigeri Petri ptãte ſoluant̃,
atq; reſtituãt̃. Ipſe eĩ ait dñs. Quecũq; ſolueris ſup terrã, erũt ſoluta in terra & ĩ cœlis. Quo-
ties ep̃i ſe à ſuis cõprouincialib⁹, vl̃ à metropolitano putauerĩt p̃grauari, aut eos ſuſpectos
habuerint, mox Ro. appellẽt ſedẽ, ad quã eos abſq; vlla detẽtõe, aut ſuaꝝ reꝝ ablatõe libere
ire liceat, & dũ p̃dictã Ro. matrẽ appellauerint eccleſiã, aut ab ea ſe audiri expoſcerint, nul
lus eos aut excõicare, aut eoꝝ ſedes ſubripere, aut eoꝝ res auferre, aut aliquã eis vĩ inferre p̃
ſumat añq̃ eoꝝ cã Ro. põtificis autoritate finiat̃. Q̃d ſi aliter à q̊quã p̃ſumptũ fuerit, nihil e-
rit, ſȝ virib⁹ carebit. Nã nec hoc ꝑperã p̃ſumim⁹, ſȝ & ip̃m in Nicęna ſynodo cõſtitutũ & añ-
ceſſores nr̃os egiſſe bñ Athanaſi noſti, qm̃ qñ tu & Paul⁹ Cõſtãtinopolitan⁹ Aſclipius Gaze
& Lucian⁹ Adriopolites ab oriẽtalib⁹ ep̃is incõſulto ſctẽ memorię Iulio p̃deceſſore noſtro
dãnati eſtis, & ad eũ q̃ſi ad toti⁹ orbis caput (vt ſp huic ſedi ſctẽ licitũ fuit) cõfugiſtis cogni
ta eoꝝ nequitia, & vr̃a iuſtitia vos in cõionẽ ſuſcepit, & oĩm vr̃m curã gerens ꝓpter ſedis
ꝓprię dignitatẽ ſuas ſingulis reddẽs eccl̃ias oriẽtalibus ſcripſit culpãs eos q̊d nõ recte tra-
ctaſſent viros ĩculpabiles de ſuis eccleſiis expellẽtes & cõſtituta Nicęni cõcilij minime cõ-
ſeruãtes. ¶De quib⁹ ad certũ diẽ nõnullos ſibimet adeſſe p̃cepit, vt de talibus p̃ſumptõibus C
certã redderẽt rationẽ, & corã eis oñderet iuſtũ ſe ſup eis ꝓtuliſſe decretũ. Interminatus eſt
etiã nõ talia deinceps fr̃es eẽ paſſuros, & niſi ab hmõi p̃ſumptõib⁹ ceſſarẽt, à ꝓprijs eẽ gra-
dibus eos receſſuros. Tali em̃ huius ſctẽ ſedis priuilegio tu & fr̃es tui ꝓprias recepiſtis eccle
ſias cũ oĩbus ſibi ꝑtinẽtibus. His eĩ & alijs q̃plurimis documẽtis manifeſtũ eſt nullũ dãnari,
aut ſuis expoliari rebus debere ep̃m qui hãc ſanctã ſedem interpellauerit, aut ſibi defenſa-
tricẽ aſciuerit, donec iudiciũ de eo nr̃æ apl̃icæ autoritatis hoc ẽ principis apl̃oꝝ Petri agno
ſcat, quia ſolũmõ Chr̃s Ieſus huic ſctẽ ſedi, i. apl̃icæ hoc facere cõmiſit, vtpote qm̃ ſol⁹ atq;
p̃ oĩbus p̃fatus princeps apoſtoloꝝ creditus ẽ, atq; ꝑcipere meruit à rege regũ Chr̃o deo cla
ues regni cœloꝝ. ¶De inducijs vero epoꝝ ſup quib⁹ cõſuluiſtis diuerſas à pr̃ibus regulas ĩ- D
uenimus inſtitutas, quidã em̃ ad repellẽda ĩperitoꝝ machinamẽta & ſuas p̃parãdas rñſiões
& teſtes cõfirmãdos, & cõcilia epoꝝ atq; amicoꝝ q̃renda, annũ aut ſex mãdauerũt men-
ſes cõcedi, quidã aũt annũ in q̊ plurimi cõcordãt, minus vero quã ſex mẽſes nõ reperi, quia
& laicis hæc indulta ſunt, quãtomagis dñi ſacerdotibus? Nã & nr̃is añceſſoribus atq; reli-
quis ſctĩs pr̃ibus multotiẽs inhibitũ ẽ, ne quis dñi ſacerdotibus detractiões irroget. Quã-
tomagis accuſatões nõ ex radice charitatis ꝓlatas? Quieſcite inquiũt & nolite ꝑſequi eos q
ꝑfectę deo miniſtrãt, q̊ꝝ oratõibus & terrena bella ſedãt̃ & recedẽtiũ à deo angeloꝝ pellũ
tur incurſus, quiq; oẽs dœmones qui corrupti ſunt p̃cũ aſſiduitate cõfundũt. Induciæ nãq;
nõ ſub Auguſto tp̃e, ſed ſub lõgo ſpatio cõcedẽde ſunt, vt accuſati ſe p̃parare & vniuerſos
cõicatores in ꝓuĩcijs poſitos cõuenire, & teſtes p̃parare, atq; cõtra ĩſidiatores ſe pleniter ar
mare valeãt. Iudices eĩ & accuſatores tales eẽ debẽt, q oĩ careãt ſuſpitõe & ex radice charita
tis ſuã deſiderẽt ꝓmere ſñiam. His ergo tã legaliter q̃ & canonicę ꝓlatis etiã oĩm chr̃ianoꝝ
reuerẽtiã cõgaudere depoſcim⁹ ſpũali ĩtercedẽte dilectõe & timore dñico ꝑ quẽ hũana re-
mouet̃ offẽſio, & eccl̃iaꝝ ædificatio ꝓponit̃ vniuerſis, vt magis vniuerſi ad ędificatõeȝ fr̃m
laborẽt quã ad dãnationẽ, qm̃ ait dñs: In hoc cognoſcẽt oẽs qa mei eſtis diſcipuli ſi dilectio
nẽ habueritis adinuicẽ. Iã eĩ formã dedim⁹ & à p̃deceſſorib⁹ nr̃is datã eẽ cognouimus, vt ſi
q̊s ſe eẽ agnouerit chr̃ianũ illud ſeruet q̊d ab apl̃is noſcit̃ eẽ cõtradictũ dicẽte apl̃o Paulo. Si
quis vobis annũtiauerit præter quod accepiſtis anathema ſit, Chriſtus enim dei filius dñs
noſter humano gñi propria paſſione ſalutem pleniſſimam condonauit, vt nos liberaret.

Et ſi

Et ſi deus in tm̄ nos dilexit, vt etiā proprio filio nō parceret, ſed pro nobis oībus illū traderet,
vt nos liberaret, vt qd nos nō diligimus frēs, aut eos temere iudicamus, cū p̄dictus dicat apl'us,
nolite iudicare inuicē, ſed hoc magis iudicate, ne ponatis offendiculū fratri vel ſcandalū. Nā ſi
illi q frēs diligūt, ex deo nati ſunt & vidēt deū, qd ergo erūt illi q eos pſeqaunt, & eos detrahē
do, machinādo, accuſando, infeſtādo dānate moliunt? Si illi filij dei, proculdubio hi filij ſunt
diaboli, q ſemp ſicut leo rugiēs circuit q̄rens quē deuoret. Ita frēs inſequunt, vt pdāt, q vero
adiuuare frēs refugiūt maius pctōꝝ onus acquirūt, & fraternitatis ſolatio rei exiſtunt, væ inqt
ꝓpheta q potū dat amico ſuo, mittens fel ſuū. Et iteꝝ ſapiētiſſimus Salomon ait, qm̄ q loquit
iniqua, nō poteſt latere, ne p̄teriet illū corripiens iudiciū. In cogitationibus ergo impij inter-
rogatio erit, ſermonū aūt illius ad deū pueniet auditio ad correptionē iniquitatū illius, qm̄ au
ris zeli audit oīa, & tumultus murmurātiū nō abſcondet, hæc em̄ ſi amplecti voluiſſent, pro-
prio & ſano ſenſu ad reprobū ſenſum minime laberent, ſed p dei timorē ſermonū ſuoꝝ præca
uētes cuſtodiā, piā ſctōꝝ patrū definitionē ſine quadā nocumēti p̄ſumptione vtiq; cōſerua-
rent, qm̄ dicit ſacrū eloquiū. Cōciliū bonū cōſeruabit te & mens bona cuſtodiet te. Nō em̄ de
fontibus ſalutiferis ſpūaliter ad inquiſitionē æternæ vitę procedūt tales accuſatōes & detra-
ctiones, atq; ideo cōpetēter nos beatus Paulus admonēs ait, nō debere plus ſapere q̄ oportet
ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatē in definitōe pietatis pdurātes, q em̄ hāc p̄tereūt, nō tantū læſi
ſunt decidētes à corroboratōe ſua, ſed inſipiētiæ ſuæ dereliquerūt hoībus memoriā, vt his in
qbus peccauerūt, minime latere potuiſſent, gloria em̄ & cōtumelia in loq̄la & in lingua hoīs
caſus illius eſt, ideoq; cōueniens eſt hāc qdē oſtenſionē rep̄hēſioni illoꝝ nr̄is actibus inſeri ne
vlterius iā talia patiamini, ſeminātibus illis zizania & ſcādala, ſed lætari ī officijs & dogmati-
bus veſtris mereamini. Igit erubeſcāt talia & hmōi blaſphema ſubtrahere feſtinēt, ſi nolue-
rint à ſacerdotali nr̄o collegio ſegregari, & à totius chriſtiani populi ſocietate diuelli, licet nā
q; de his plura & pneceſſaria q̄ in decretis ſedis apl'icæ & ab apl'is eoꝝq; ſucceſſoribus nr̄is, vi-
delicet p̄deceſſoribus ſtatuta inueniunt, dicere & cōſcribere potuiſſemus, tm̄ melius nobis vi-
ſum eſt, vt epl'am oratōe claudamus, Deus oīpotēs & vnus vnigenitus filius & ſaluator nr̄ Ie-
ſus Chr̄s hoc vobis tribuat, īcitamētū vt oībus fr̄ibus & coep̄is nr̄is qbuſcūq; tribulatōibus la-
borātibus totis ſuccurratis viribus & cū eis cōpatiētes crucē eiuſdē dn̄i ſaluatoris portetis, vt
veri ipſius diſcipuli corā oībus appareatis, vt & vos & q vobiſcū ſunt hic & in futuro poſſidē
atis meliora, q̄ oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs aſcēderūt, q̄ p̄parauit deus dili
gētibus ſe, p dn̄m noſtrū Ieſum Chriſtū, p quē & cū q̊ oīpotēti deo patri gloria in ſecula ſecu
loꝝ. Amē. Valere vos opto frēs chariſſimi. Data Idus Februarij, Agario & Iuliano viris cla-
(riſſimis conſulibus.

¶De oppreſſione Arrianorum.

E FElix ſanctæ vniuerſalis eccleſiæ papa, atq; per grām dei catholicæ & apoſtolicæ ec-
cleſiæ vrbis Romæ ep̄s vnà cū ſancto concilio noſtro reuerendiſſimoꝝ ſacerdotum
huc nobiſcū cōuenietiū in cōfirmatiōe pijſſimoꝝ catholicæ eccleſiæ dogmatū & rele
uatione opp̄ſſoꝝ fratrū coep̄oꝝ videlicet noſtroꝝ qui rectā Nicæni cōcilij tenēt fi-
dē, & frēs nō infeſtent, vniuerſis ſpūalibus fratribus noſtris & reliquis in ſacerdotali collegio
dn̄o cōſecratis, atq; oī plenitudini eccleſiæ catholicæ gratia vobis & pax multiplicet in cōfor
tatiōe & ſancti ſpūs coīone, q̄tinus in eo ꝓficiētes à gloria ī gloriā virtutes annūtiemus eius q
de tn̄bris nos vocauit in admirabile lumen ſuū apud quē nō eſt trāſmutatio, nec viciſſitudinis
obūbratio, portate frēs hortamur pſecutiōes & tribulatiōes patienter vt eius īueniamini filij
quē q̊tidie patrē vocatis deū ī cœlis, & in eo vincatis oīa, q ꝓpter nos vicit oīa, q etiā ꝓprio fi
lio ſuo nō pepcit, ſed ꝓ nobis oībus tradidit illū, imitatores q̊q; dei cōuenit in oī verbo & ope
imitari deū, ideoq; illud optet nos dicere qđ ipſe de ſe perhibuit dn̄s, veniet princeps huius
mūdi & in me nihil īueniet, venerūt & illi q vos & nos pſequunt, qa vos ſine nobis pſequi nō
poſſunt, qm̄ vnius dei mēbra ſumus, & vnū illi⁹ ſacerdotiū per eius ſanctificationē retinemus,
& in nobis de ſuis nihil inuenerunt, quia quicquid ſumus gratia dei ſumus, licet ꝓpterea calū-
niari nos irrationabiliter ſtuduerint q̊d facere ſolent inimici, ſuā ex hoc cooperire dementiā
properātes, quatinus per mēdacium veritatē valeant obumbrare. Scripſi em̄ vobis, inqt apo
ſtulus, per multas lachrymas vt nō cōtriſtemini, ſed vt ſciatis quā charitatē abundātius habeo
in vobis, etem̄ detrahētibus detrahere nō eſt bonū, vt nō ad ea q̄ ſcripta ſunt cōmoti iniuriæ
certamen deficiamus. Nō debemus oīno timere opprobriū hoīm, neq; eoꝝ exprobratōibus
vinci, qm̄ hoc nobis dn̄s iubet per Eſaiā prophetā dicens, audite me qui ſcitis iudiciū populus
meus in quorū cordibus lex mea eſt, nolite timere opprobrium hominū & blaſphemias eoꝝ
ne timeatis Cōſiderātes etiā quod in pſalmo ſcriptū eſt, nōne deus requiret iſta? ipſe em̄ nouit
abſcōdita cordis & cogitatiōes taliū hoīm, qm̄ vanæ ſunt, vana aūt locutus eſt vnuſqſq; ad ꝓ-
ximū ſuū & labia doloſa ī corde, & corde locuti ſūt mala, ſed diſpdet dn̄s vniuerſa labia doloſa
& lin

& linguā magniloquā. Qui dixerūt labia nr̄a à nobis ſunt quis nr̄ dn̄s eſt? Nā ſi hæc in me-
moria retinerēt minime ad tātā ꝓſilirēt iniq̄tatē nō em̄ ꝓbabili & paterna doctrina hoc fa-
ciūt, ſed vt ſuā exerceāt in ſeruos dei vindictā, ſcriptū nāq; ē. Via ſtulti recta in oculis eiꝰ, &
ſunt viæ q̄ vident hoc iuſtę, nouiſſima āt eoꝝ deducūt ad mortē. Nos ei qui hoc patimur, iu
dici reſeruare debemꝰ qui reddet vnicuiq; ſcd̄m opa ſua, qui etiā ꝑ miniſtros ſuos intonuit
dicēs, mihi vindictā ego retribuā. Vos ei in recta fide, & pura ac bona ſuccurrite voluntate
viciſſim, nec aliquis à ſupplemēto fr̄is ſubtrahat manū, qm̄ ī hoc ait dn̄s cognoſcēt oēs quia
mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionē habueritis adinuicē, vn̄ & ipē ꝑ ꝓphetā loquit̄ dicēs. Ecce q̄
bonū & q̄ iocūdū habitare fratres in vnū. Spirituali dico habitaculo & cōcordia q̄ in deo ē,
& vnitate fidei huius delectabilis, ſcd̄m veritatē inhabitaculi q̄ videlicet ī Aarō magis deco
rabat atq; ſacerdotalē induētibꝰ dignitatē, ſicut vnguētū ſuꝑ caput, principalē intellectū ir
rigās, & vſq; ad ipā extremā ſciētiā deducēs ī hoc habitaculo bn̄dictionē & ęternā vitā ꝓ-
miſit dn̄s. Huiꝰ ergo ꝓphetice vaticinatōis meritū āplectētes fr̄nā p̄ntē ſyllabā expoſuimꝰ
nr̄a ꝓpter charitatē minime q̄rētes aut q̄ſituri. Nō em̄ detrahētibus bonū ē detrahere, aut
palo ſcd̄m vulgarē fabulā excutere palū, abſit: Nō ſunt nr̄a iſta q̄propter hoc auertat diui-
nitas. Nō ſunt edocti habitꝰ nr̄i ita vincere, ſed in patiētia lōganimitatis & ſpū hūilitatis, qa
ſicut ꝑ duritiā minime (vt ꝓpheticē dicamꝰ) purgat̄ nigella, ita nec pacis ſoporatꝰ fructus
intelligētiæ ꝑ aſperitatē exprimit̄, ꝓpter hoc em̄ verboꝝ ſupportauimus colaphos vt aut
paulati valeamꝰ eū imitari, q ꝓpter nos ſe hūiliare dignatus ē, & extreme illius vltōis ꝑ hāc
plagā verba declinemꝰ. Audiamꝰ ergo & cōſentiamꝰ eccl'ię oratori q ꝑ linguā ſpūs clara vo
ce exclamat dicēs. Oīa vobis ī charitate fiāt. Ergo ſiue q̄rimꝰ, ſiue tm̄mō dicimus, & tm̄mō
audimur charitas ītercedat, ars aliq̄ exiſtat ad cōpoſitōe cōcordię boni & cōiūctōe. Opor
tet ei de deo q̄rētibus nobis ſpū rectitudinis mētis nr̄ę dinūerātes intētōes tēplū pacifice ī-
habitare in eū ꝓpter deū, q ꝑ ꝓphetā locutꝰ eſt. Quęrēs q̄re & apud me habita, ſpeculū em̄
dedit nos deus populo ſuo, & optet eos q adeo ſunt deputati ſacerdotiū adipiſci, ita in hūili
tate greſſuꝫ mētis adinuicē tēdere, vt in meliꝰ ędificent̄ hi q ad nos reſpiciūt, q̄ (q̊d dicere pi
get) ꝑ nr̄aꝫ diſcordiā ſemitā pedū eoꝝ cōcutere. Ad cōcordiā iudicemꝰ nos ipos, & vnū in
charitate ſapiamꝰ, hūilitatē veneremur, ꝑ quā app̄hēdi ſolet altitudo ſpūs. Si em̄ verboꝝ ā-
plius vſq; hūc taciturnitatem quā garrulitatē dilexerimꝰ hoc quidē bn̄ hr̄e arbitrati ſumꝰ
ne ſcriptis vr̄is reciproce rn̄dētibꝰ iniurie fomitē excitemꝰ, & puſillanimitate diiudicemur
ab eo qui oīa ad charitatē dirigere ꝓmulgauit. Orauimꝰ vero & tūc hoſtiū circūſtātię labi-
is nr̄is iponi verbū, īſonitū cōcipere potiꝰ q̄ verbū ſonabile, & hoc tn̄ mihi donū ē à dn̄o, &
fctūs ſum ſicut hō nō audiēs & nō habēs in ore ſuo redargutōes. Sed quia tp̄s ē loq̄ndi & tp̄s
tacēdi, operio verbū, & claudo hoſtiū ꝑ taciturnitatē cōpetēter exorās. Dn̄e labia mea ape
ries, & reſpōdeā exprobrātibꝰ mihi verbū, licet em̄ tacuiſſemꝰ, nō ſꝑ tacebimꝰ aperiēte no
bis dn̄o claues verbi. Igit̄ directis in p̄nti btitudini fr̄nitatis vr̄æ apocriſariis qui poſt mul-
tas factas inter nos de eccl'iaſtica requiſitōe diſſonātes ſermocinatōes, in fine ad hoc ꝑuene
rūt admonētes nos atq; hortātes interp̄tari vniꝰ veri dei nr̄i uolūtatis intellectū atq; hmōi
interp̄tatōem deſtinare vr̄æ ſacratiſſime veneratōi. Nos acceptā habētes bonę cōſciētiæ p̄-
dictoꝝ venerabiliū viroꝝ admonitōe, cognoſcētes āt & q̄ pricipatꝰ apl'oꝝ ſummitas do-
cet paratos eē ad ſatisfactionē oī poſcēti verbū de ſpe q̄ in nobis ē ſcd̄m dei timorē, māſue-
tudineq; ad bonā ſciāꝫ tēperātes, ſuꝑ tali tm̄mō req̄ſitōe mētē nr̄am ꝑ has ſyllabas exponi-
mus, ſuꝑfluā exercitatōe & altercatōe verboꝝ ꝓpter ſatietatē & p̄ntis tpis īcōgruitatē de-
clinātes, ac p̄cauētes nihil oīno aliud ītelligētes ac ꝓferētes l' dicētes q̄ q̊d audiuimꝰ & cogno
uimꝰ à ſctīs vniuerſalibꝰ magnis apl'is eoꝝq; ſucceſſoribꝰ, & pr̄es nr̄i enarrauerūt nobis, &
audiētes p̄dicauimꝰ ad ſuꝑnā tēdētes vocatōe. Noſtꝝ ē ſtudiū vbi pacis cōſtitutio manet
his q in ſtadio pietatis ſunt bn̄ vnica gl'ia interceſſori tribuit̄ & corona, deo manifeſtati ſu-
mus qui iudicat oīa & cōprobat. Nō iurgialiter ſtamꝰ, nō ad cōtradictōe reſpicimꝰ, nec fa
uorē ianē āplectimur, ſed ī verbo dei ꝓpoſiti hmōi req̄ſitōis reſolutōe feciſſe dignoſcimur
cōfitētes, qm̄ pacis dn̄s deꝰ ad alteꝝ nr̄oꝝ vnitatē & dilectōe cōſeruauit ī gl'ia eiꝰ benigniſ-
ſime maieſtatis, oēm cū veſtra btitudine ī Chr̄o exiſtētem fraternitatē tā nos q̄ qui nobiſcū
ſunt multū ſalutauimꝰ. Data. xiii. Ca. Nouē. Philemone & Attico viris clariſſimis cōſulibꝰ.

¶ Epiſtola Liberii papæ vt nullus pro perſecutionibus dum durare
poteſt ſuam relinquat eccleſiam.

DOminis ſanctiſſimis & deo amātiſſimis vniuerſis ep̄is Liberius ep̄s in dn̄o ſalutē. Ni- A
hil eſt q̊d diu ſtare poſſit niſi dei gratia, Cæterum nequitia diaboli contēptibile malū
plenū veneno mortifero ſeuit qui ſurſum atq; deorſum circuit q̄rens quē deuoret.
Vnde vigilare & ſobrii eſſe ad oratōes, & deo ꝓpinquare debemus, & fatuas dn̄o auxiliāte
homi-

hominū inſidias,prout dn̄s poſſe dederit reſpuere & p̄res ſeq,& nō trāſgredi terminos patrū
nō vt nr̄as relinq̄mus dū in eis ꝑſiſtere aliquō valebimus eccleſiaſticas,vt ad alias ꝓperemus,
aut populus cōmiſſos negligere,vt quietē amplius q̄ pro eis elaborare,pro qbus etiā aīas po-
nere debemus,ſtudeamus,q̄ q̄ multi nos ꝑſequant & oues Chr̄i dilacerare deſiderāt, q q̄ſi ve-
ſtibus ouiū apparēt,intus aūt ſunt lupi rapaces,q̊s ex fructibus cognoſcimus.Iſti primo qdem
vident ex nobis eē,ſed nō ſunt ex nobis,ſi em̄ fuiſſent ex nobis,māſiſſent vtiq; nobiſcū, qn̄ ve
ro ſuā euomuerint īpietatē,dolū q in eis eſt erūpētes & apprehēdētes infirmiores,& eos q ad
eloquia diuina ſenſus inercitatos hn̄t, ſecū eos cōtrahūt ad ꝑditionē,ſubuertētes q̊s optet p̄ſci
entes cauere,ne malitia eoꝝ qdē ſeducti abſcindant à ꝓpria firmitate.Exacuūt em̄ linguas ſu-
as,iuxta ꝓphetæ vocē,ſicut ſerpētes,Venenū aſpidū ſub labijs eoꝝ. Nec vos pigeat ꝑ tpales
cruciatus pro Chr̄i noīe laborare,ſed emolumēta futuræ remuneratiōis huius ſeculi vexatio-
nes tolerare ꝑſuadeāt,Scriptū nāq; eſt.Quid retribuā dn̄o pro oībus q̄ retribuit mihi? Calicē
ſalutaris accipiā & nomē dn̄i inuocabo.Tantū em̄ à nobis exgit q̄tū poſſumus famulatus no-
ſtri obſequio cōmodare.Vnde qdē tāto nobis neceſſe eſt importunis p̄dicatiōibus inſiſtere,
q̄to nobis ꝑfectæ negotiatiōis credit duplicata talentoꝝ aſſignatio,atq; dn̄icæ nobis ad ſuſci-
piendā eius requiē,ꝑſuadet aſſertio.Suggeſtū nāq; nobis eſt ꝙ pro p̄teritis laboribus & infe-
ſtationibus nōnulli veſtrū aſſignatas ſibimet à deo commiſſas relinquunt plebes,& in futuro
plures relinquere velint eas quas tueri debēt eccleſias,& pro ouibus ſibi cōmiſſis laborare ne-
gligunt,& monaſterioꝝ ſe quieti contradere feſtinēt,& vacationē ab epiſcopatus laboribus
eligere,& ſilētio atq; otio vitā degere magis appetant,q̄ in his quæ ſibi cōmiſſa ſunt,ꝑmane-
re,dicēte dn̄o:Beatus qui perſeuerauerit vſq; in finē.Vnde nanq; eſt beata ꝑſeuerantia,niſi de
virtute patiētiæ? qm̄ ſecundū apoſtolicā prædicationē oēs qui voluerint in Chriſto pie viue
re ꝑſecutionē patiuntur.Ideoq; fratres chariſſimi non vos afflictionū amaritudo à pio mētis
veſtræ propoſito coartet recedere.Cōſiderate nāq; quanta pro abſolutione nr̄i & liberatiōe
creator,dn̄ſq; & redēptor noſter ꝑtulerit,qbuſue ſe cōtumelijs afficiēdum tradiderit,vt nos
à vinculis p̄tātis diabolicę liberaret.Attēdite itaq; vobis & omni gregi in quo vos ſp̄us ſc̄tūs
cōſtituit ep̄os regere eccleſiā dei,quā acquiſiuit proprio ſanguine,vt nō ſit q vos decipiat aut
ſeducat in ſubtilitate ſermonis,vt vobis plebes cōmiſſas relinquatis,& alicui propter malorū
opprobriū hoīm quieti vos tradatis,vt vos ſolūmodo ſaluetis & filios orphanos relinquatis.
Apertiſſime em̄ ſp̄us ſanctus ꝑ apoſtolū dicit,quia in nouiſſimis tēporibus recedēt quidā à fi-
de & charitate,attēdentes ſpiritibus ſeductoribus,& doctrinis dæmonioꝝ,hypocriſi mēda-
cij locoꝝ cauteriatā habentiū ſuā conſcientiā.Propter q̊d hortamur veſtrā charitatē exēplo
eius q pro nobis pati voluit prōptos vos in cūctis eius ꝑmanere ſeruitijs,nec qdē q̊quo mō à
cōmiſſa cura recedere,ſed totis viribus in cōmiſſis vobis negotijs fortiter vſq; in finē ꝑdurare
qm̄ beatus eſt q ꝑſeruerauerit vſq; in finē,nec laudat intiū,ſed finis.Nemo vos ſeducat inani-
bus verbis.Propterea em̄ venit ira dei in filios diffidētiæ.Nolite ergo effici cōparticipes eoꝝ
dogmatū,neq; cōmunicetis infructuoſis verbis illoꝝ,magis aūt & redarguite,qm̄ cœtus p̄ua
ricatoꝝ ſunt,& extēderunt linguā ſuā quaſi arcū mēdacij,& nō veritatis,cōpletū eſt in eis,qa
de malo ad malū egreſſi ſunt,& me nō cognouerūt,dicit dn̄s.Veritatē em̄ nō loquētur,docu-
erunt em̄ linguā ſuā ꝑſecutores eccleſiaꝝ,eorūq; ſacerdotū loqui mēdaciū vt impie agerēt,la
borauerūt,& renuerunt ſcire me,dicit dn̄s.State ergo vos dilectiſſimi ſup vias,& videte, īter-
rogate de ſemitis dn̄i antiquis,& videte quæ eſt via bona ſanctoꝝ patrū,& ambulate in ea &
inuenietis requiē animabus veſtris.Sed & ſi patimini propter Chriſtū,beati eritis,metū autē
eoꝝ ne timueritis,neq; conturbemini,dominum aūt deum ſanctificate in cordibus veſtris,ip
ſo dicēte,Nolite timere eos qui corpus occidunt,animam autē non poſſunt occidere,ſed po-
tius eū timete qui poteſt animā & corpus ꝑdere in gehēnam.Nonne duo paſſeres aſſe vene-
unt,& vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro. Veſtri autem & capilli capitis
omnes numerati ſunt.Nolite ergo timere,multis paſſeribus meliores vos eſtis. Rememora-
mini ergo fratres eum qui talē ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionē,
vt ne fatigemini animis veſtris deficiētes,nondum enim vſq; ad ſanguinē certauimus aduer-
ſus peccatum repugnantes.

B ¶Confidimus aūt de vobis frēs chariſſimi meliora & viciniora ſalutis,qa neq; mors,neq; vi-
ta,neq; angeli,neq; principatus,neq; poteſtates,neq; inſtātia,neq; futura,neq; fortitudo,ne-
q; altitudo,neq; profundū,neq; creatura alia,magiſtro gētium docēte,poterit nos ſeparare à
charitate dn̄i noſtri Ieſu Chriſti,& quæ in ipſo eſt recta fide.Nolite itaq; amittere cōfidētiā
veſtrā,quę magnā habet remunerationē.Patiētia em̄ nobis neceſſaria eſt ad colluctatiōes ad
uerſariorum,quatenus fidē intemeratam vſq; in finē conſeruantes repromiſſionem percipia
mus,quam repromiſit his qui legitime certare deproperant.Adhuc omnino modicū aliquā-
tulum

tulū,qui venturus eſt veniet,& nō tardabit.Ecce em̄ iudex an̄ ianuā aſſiſtit coronas hilariter ꝓmittēs his qui ꝓ eo paſſionibus ſubmittunt.Qđ ſi ſubtraxerit ſe quis nō placebit animæ ſuæ,ſed cadet de ꝓmiſſione ꝓpter negationē.Nos aūt nō ſumus ſubtractiōis filij in ꝑditionē,ſed fidei in acquiſitionē aīæ.Propter q̊d aſſumite arma dei,vt poſſitis reſiſtere ī die malo aduerſus oēs inimicos ſctē dei eccleſiæ & vr̄os, & induite vos lorica iuſtitiæ calciati pedes in ꝑparatōe euāgelij pacis,in oībus aſſumētes ſcutū fidei,in q̊ poſſitis oīa iacula neq̄ſſimi ignita extinguere,& galeā ſalutis accipite,& gladiū ſpūs q̊d eſt verbū dei ꝑ omnē orationē & obſecrationem radicati & fundati in ſolatio fratꝝ ꝓ Chr̄o Ieſu dn̄o noſtro.Sed & nūc fratres cōmendamus vos oēs dn̄o & verbo gratiæ eius qui pōt ꝑficere & dare hæreditatem vobis cū om̄ibus ſanctis.Ipſe aūt deus pacis & dilectiōis det vobis idipſum ſapere in alterutrū,vt vobis inuicē ſuccurratis & nō ſitis diuiſi,vt vnanimes vno ore,& vno corde honorificemus eū in cōcordia & cōſolatōe fratꝝ,qui pōt confirmare nos ſcđm euāgeliū eius iuxta reuelationē myſterij æterni, tꝑibus ſcilicet ꝑpetuis,quibus vobis futuroꝝ gaudioꝝ largiēda ſunt munera.Sūmopere etiā cōſiderare debetis,q̊d hi qui fr̄ibus inuidēt,eoſq̄ dānare aut ꝑdere cupiūt, ꝑ ſe ſua dogmata deſtruūt,dicit em̄ dn̄s.Omne regnū in ſe diuiſum nō ſtabit,& om̄is ſciētia & lex aduerſum ſe diuiſa nō ſtabit.Ideoq; neceſſe ē, vt cōcorditer ſalubres ſuſcipiatis hortatus,& nihil ꝑ cōtentionē agētes,ſed ad om̄e ſtudiū deuotōis vnanimes diuinis & apoſtolicis cōſtitutōibus pareatis,& in nullo patiamini ꝓuidētiſſima canonū decreta violari,quatenus & Nicænoꝝ canonū cōſtituta,& q̄ à nobis vel à p̄deceſſoribus noſtris ſunt prouide & ſalubriter decreta,intemerata ꝑmaneāt in futuro.

Incipiunt decreta Damaſi pape.

¶Epiſtola eiuſdem ad Paulinum Antiochenum epiſcopum.

I. ¶Quod integrū hominem ſuſceperit ſine peccato.

II. ¶Quod vnus ſit Chr̄s an̄ ſecula ex patre natus & in tēpore ex virgine æditus.

Dilectiſſimo fratri Paulino Damaſus,ꝑ filiū meū Vitalē ad te ſcripta direxerā A
tuæ volūtati,& tuo iudicio oīa derelinquēs,& ꝑ Petrū p̄br̄m indicauerā me in articulo iam ꝑfectiōis eius aliq̄ ex parte cōmotū.Vn̄ vt nullus tibi ſcrupulus reſideret,ne volētes forſitā eccleſiæ copulari tua cautio præblāda differret fidē,miſimus noſtrā tā tibi qui eius fidei cōmunioniq̄ ſociaris, quā his q̄ in ea ſubſcribētes tibi & nobis ꝑ te voluerūt ſociari dilectiſſime fr̄.Quapropter ſi ſupradictus filius meus Vitalis,& hi q̄ cū eo ſunt tibi voluerint aggregari, primum debet in ea expeditōe fidei ſubſcribere,q̄ apud Nicæam pia patꝝ volūtate firmata eſt.

I. ¶Deinde qm̄ nemo pōt futuris vulneribus adhibere medicinā,hæreſis eradicāda eſt, B
q̄ poſtea in oriēte dicit̄ pullulaſſe.i.cōfitēdus eſt ipſe ſapiētie filius dei ſermo humanū ſuſcepiſſe corpus,animā,ſenſum,id eſt integrū Adā,& vt expreſſius dicā totū veterē noſtrū ſine pc̄tō hominē.Sicut em̄ cōfitentes eū humanū corpus ſuſcepiſſe,nō ſtatim ei, & hūanas vitioꝝ adiungimus paſſiōes,ita & dicentes eū ſuſcepiſſe,& hominis animā & ſenſum,non ſtatim dicimus & cogitationū humanaꝝ ſubiacuiſſe peccato.

II. ¶Si quis aūt dixerit verbū ꝓ humano ſenſu in dn̄i carne verſatū,hūc catholica eccleſia anathematizat,necnō & eos qui duos in ſaluatore filios cōfitent̄,id eſt vnū an̄ incarnationē,& aliter poſt aſſumptionē carnis ex virgine,ſed eundē dei filiū,& ante & poſtea cōfiteantur quicūq; huic epiſtolæ ſubſcribere voluerint,ita tn̄ vt ſi & in eccleſiaſticis canonibus q̊s optime noſti,& in Nicænā fidē ante ſubſcripſerint,hunc debeas abſq; aliq̄ ambiguitate ſuſcipere.Nō q̊d hæc ipſa quæ nos ſcripſimus,nō poterimus conuertentiū ſuſceptioni proponere,ſed q̊d tibi cōſenſus noſter liberū in ſuſcipiendo tribuat exemplum.

¶Synodus Romana ſub Damaſo papa.

POST Nicænū conciliū aliud in vrbe Romana poſtea cōgregatum eſt,q̊ catholici C
ep̄i addiderūt de ſpū ſctō,quia poſtea is error inoleuit vt quidā ore ſacrilego auderent dicere ſpm̄ ſctm̄ factū eſſe ꝑ filiū.¶Vnde anathematizamus oēs qui non tota libertate ꝓclamāt eā cū patre & filio vnius ꝑtātis eē atq; ſubſtātiæ.¶Anathematizamus q̊q; eos qui Sabellij ſequunt̄ errorē,eundē dicētes patrē eē quē & filiū.¶Anathematizamus Arriū atq; Eunomiū,qui pari īpietate licet ſermone diſſimili,filiū & ſpm̄ ſanctum aſſerūt eſſe creaturas.¶Anathematizamus Macedonianos,qui de Arrij ſtirpe veniētes nō ꝑfidiā mutauerūt,ſed nomen.¶Anathematizamus Fotinū, qui Hebionis hæreſim inſtaurat,qui dūm Ieſum Chr̄m tm̄ ex Maria virgine cōfitet̄.¶Anathematizamus eos qui duos filios aſſerūt vnū an̄ ſecula,& alteꝝ poſt aſſumptionē carnis ex virgine. Anathematizamꝰ eos qui ꝓ hoīs aīa rationali & intelligibili dicūt dei verbū in hūana carne verſatū cū ipſe filius ſit ver

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN